

## Band VI., Nr. 1873, Seite 267

*Graf Konrad von Vaihingen bestätigt den von seinen Dienstmannen Heinrich und Berthold, Söhnen des Ritters Konrad von Kirchheim, geschehenen Verkauf eines Gartens nebst einer Hofstatt beim dortigen Kloster an das letztere.*

Kirchheim, 1266. September 2.

Cvnradus, dei gratia comes de Vahingen, universis Christi fidelibus tam posteris quam presentibus presens scriptum inspecturis in perpetuum. Quoniam res gesta tam temporum mutabilitate quam iniquorum falsariorum assertione aboleri solet et perverti, necesse est scripturarum subsidio perhennari. Noverint igitur presentium auditores, quod Heinricus et Bertoldus ministeriales nostri, filii Cvnradi pie memorie militis de Kyrchhein dicti in Ripa, dilectis in Christo sanctimonialibus, ordinis sancti Augustini, iuxta dictam civitatem sitis ortum cum area, situm penes claustrum dictarum monialium iuxta fontem qui vulgariter dicitur Stegebrunne, omni iure proprietatis pro quadraginta libris Hallensium totaliter vendiderunt. Cuius emptionis consensum et voluntatem plenariam presentibus adhibemus. Et ut talis venditio inconvulsa permaneat et illibata, presentem litteram iam dictis dominabus nostri sigilli patrocinio porrexiimus roboratam. Huius rei testes sunt: Hainricus miles dictus Vinko, Diethohus, Vlricus de Kyrchein, Wernherus Vinko milites, Dieboldus, Gerungus, Slorro, Cvnradus dictus Hamerlinus, cives de Kyrchein, et alii quamplures.   
   
 Acta sunt hec in civitate Kyrchein, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LX<sup>o</sup>. VI<sup>o</sup>., IIII<sup>o</sup>. nonas Septembris, indictione VIII.

---

Der Textabdruck folgt dem Original.   
   
 Ausstellersiegel, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 1345 (WUB, Bd. V, S. 111); von der Umschrift nichts mehr erhalten.

## Überlieferung und Publikationen

### Lagerort:

HStA Stuttgart

### Signatur/Titel des Originals:

A 493 U 2

### Regesten:

Ecker: Kloster St. Johannes-Baptista Nr. 8.

## Weitere Angaben

### Sprache:

Lateinisch

### Ausstellungsort:

Kirchheim

### Ortsindex:

Kirchheim unter Teck Wohnplatz (373)<br> Kirchheim unter Teck,  
ES<br> Vaihingen an der Enz Wohnplatz (1130)<br> Vaihingen an  
der Enz, LB